

Iurávit Dóminus et non pænitébit eum: \*

« Tu es sacérdos in ætérnum  
secúndum órđinem Melchisedech ».

(Repetitur antiphona)

Dóminus a dextris tuis, \*  
conquassábit in die iræ suæ reges.  
De torrénite in via bibet, \*  
proptérea exaltábit caput.

(Repetitur antiphona)

Non dicitur Glória Patri. Psalmus tamen abrumpitur et repetitur antiphona, cum omnes Ordinati manuum unctionem receperunt.

135. Deinde fideles panem super patenam et calicem, vino et aqua in eum inmissis, pro Missæ celebratione afferunt. Diaconus ea recipit et affert Episcopo, qui ipsa unicuique Ordinato, ante se genuflexo, in manus tradit, dicens:

Accipe oblatiónem plebis sanctæ  
Deo offeréndam.  
Agnósce quod ages,  
imitáre quod tractábis,  
et vitam tuam mystério domínice crucis confórma.


136. Demum Episcopus singulis Ordinatis dat osculum, dicens:  
Pax tibi.

Ordinatus respondet:


Et cum spírítu tuo.

Similiter faciunt omnes vel saltem nonnulli presbyteri præsentes.


137. Interim cani potest responsorium:




[VIII] Iam non dicam \* vos servos, sed amí- cos




me- os, qui- a ómni- a cogno- ví- stis, quæ o-




pe- rá-tus sum in mé-di- o ve- stri, (alle- lú-




ia). \* Accí- pi- te Spí- ri-tum Sanctum in vo-




bis Pa-rá- cli- tum. † Il- le est, quem Pa-



ter mit- tet † vo- bis, (alle- lú- ia).



Temp. Quadr. † vo- bis. Vos amí- ci me- i e- stis,



si fe- cé- ri- tis quæ e- go præ- cí- pi- o vo-